

All.

Q 3294

ARETHVSA
HERMANNI
PLASSII
Magdeburgij.

Manuscript



HALÆ SAXONVM,
Typis Pauli Græberi, Anno
M. D. C.



Nobilissimis & consultissimis viris.
IOHANNI à LOEBEN.
CONRADO à MANDESLOHE:
ESAIÆ à BRANDENSTEIN:
ARNOLDO de REIGER:
BERNARDO à PELNITZ:
Dominis & patronis suis.



O Divæ Themidospiæ columnæ,
Phœbi delitiæ beatiore
Viri sanguine nobili creati:
Has nugas aliquid putate saltem,
Saltem versibus his meis favete:
Nil quamvis habeant facetiarum,
Sint culti minus & minus polita:
Et crescet generosa stirps: vigebit
Sanguis nobilis usq; & usq; & usq;,
Illustresq; videbitis nepotes.
Et versu celebrabo stemma vestrum.
Et natos referam mea Camœna,
Et docta satis & satis polita:
Cantabo undiq; & unde quaq; & usq;
Istos nobilium pios ocellos.

M. Hermannus Plassius Poeta
coronatus Casarius.



Vanquam ego, Reverendi & nobilissimi viri, omnia omnium doctrinarum genera ita complector: ut ab illis divelli vix possim: in primis tamen Poeticen ac Eloquentiam exosculor: quarum hanc suavissimum vitæ humane condimentum: illam verò summam Reipub. Christianæ stabilimentum fore arbitror. Neq; solum Poesis vana & mendacia probabilita facit: sed incredibili etiam cum voluptate & admiratione auditorum animos afficit. Dicendi verò ubertas & sapientibus sententiis gravibusq; verbis ornata oratio & perpolitata: non solum hominum mentes allicit, quæq; vult impellit: sed supplicibus etiam & afflictis operam atq; salutem præstat.

Utraq; homines in agris dispersos & tectis sylvestribus abditos, à fera & agresti vitæ ad humanum cultum deducit: utraq; Reipub. commoda persequitur: utraq; divinam religionem propagat & illustrat. Etsi autem ego neatrâ ita, ut cupio & debeo, excolo: neque etiam excolere possum; attamen in sylvas amenissimas & hortos apricos sæpius me abdo: & quantum alij at-

tribuunt intempestivis conviviis: quantum a-
lea: quantum chartis lusoriis: tantum mihi ego-
met ad carmina sumo.

Nescio enim, quæ natura me trahat & ex-
citet: atq; etiam sæpius invitum rapiat. Regi-
nam eloquentiam & SV ADELAM, ut vocant,
hactenus amplexatus sum, semper; & ita am-
plexatus sum: ut nihil amplius in votis habe-
am: quàm ut illa, quæ ex Philosophia, & quæ ex
jure hausi, quàm elegantissimis verbis exprime-
re possim.

Quæ de causa cum alia præclara Tullij mo-
numenta: tum verò maxime sexdecim episto-
larum libros ad T. Pompejum Atticum scri-
ptos assidue & legere & ediscere animum indu-
xi meum.

Neq; id alienum, duxi ab institutis juris
civilis studiis, in eius scripti lectione sedulo ver-
sari, in quo passim, veteris juris Romani vesti-
gia extarent plurima.

Neq; enim in epistolis tantum, formula &
locutiones, sed & jura ipsa inveniuntur, eaque
iterantur sæpius.

Creber sermo est de tutela legitima: crebra
est usus

est usucapio: crebra hereditas: frequens de S.
C. locutio: de procuratoribus: de judiciis: de lo-
cationibus: de pignoribus.

Quid multa? omnes omnis juris materias si
investigare & recensere hic vellem: orationem
in epistolam concluderem.

Redeo ad dominam rerum Eloquentiam:
qua nihil praestantius, nihil optabilius hominum
generi à Deo opt. Max. datum est.

Unica enim eloquendi vi sanctissima di-
vinarum literarum volumina proponuntur, pro-
pagantur, illustrantur: obscurissima civilis sci-
entiae leges digeruntur, docentur, illuminantur:
abditarum denique rerum, adeoque totius sapientiae
cognitio obscura, dilucida & plana efficitur.

Quae quae res homines à fera & verè bar-
bara vita ad cultum divinum convocavit? E-
LOQUENTIA. Quare patres populum DEI
delectum ceremonias sacrosque ritus docuerunt?
ELOQUENTIA? Quare Apostoli homines
plebei & vix à scaphis piscatoriis digressi, au-
ditores suos suis ipsorum linguis CHRISTI man-
data docuerunt? Immissa divinitus eloquen-
tia.

A 3

Quo

Quo deniq; medio magnus ille heros, LUTHERVS omnes omnium ferè terrarum REGES & DVCEs atq; nationes, CHRISTI imperio subegit & subjugavit? ELOQVENTIA.

Quid multa? Hæc una res in sanctissimo DEI populo, maximeq; in pacatis tranquillisque civitatibus præcipuè semper floruit, semperq; dominata est.

Hæc una res jura constituit: decreta confirmavit: edicta edixit: interdicta explicavit: leges rogavit: scita sancivit: S. C. probavit: constitutiones promulgavit.

Hæc deniq; res sapientiam protulit: amplificavit: illustravit. Quid multa? Hæc una res Reipub. Christianæ & utilis & necessaria est.

Quamobrem ego hanc, ut & alteram, colo & veneror: & ita veneror: ut magis non possim. Idq; facio non proprio motu sed autoritate virorum gravissimorum: IOHANNIS STURMII, perpetui scholæ Argentinensis Rectoris:

Et oris: Et Johannis Schrotteri, Me-
dici celeberrimi. Etenim alter orator inter ma-
ximos summus, Et inter summos maximus Et
nominabatur Et celebrabatur: alter verò Aca-
demiæ Salanæ Parens salutabatur semper.

Ambo viri virtute Et doctrina præcellen-
tes: ambo graves: quorum admonitioni Et au-
toritati obsistere neq; debui, neq; etiam volui.

Et quanquam Medicus alter: attamen,
ut in pœsi me excercerem, instabat sapius etiam;
ut Medicina totum me dederem atq; consecra-
rem, monebat vehementer. Dedissem etiam lo-
cum eius adhortationi; nisi me vestrum quidam,
ad juris scientiam excitassent atq; inflamas-
sent. Cuius Et ego fructum Et gradum jam diu
adeptus fuisssem: si non sumptus, si non auxili-
um defuisset.

Quoniam itaq; doctrinam intelligitis: vo-
luntatem meam videtis: profectum percepistis:
fortunam novistis: de officio mihi commodan-
do, ut suppliciter, vehementer etiam atque etiam
oro,

oro, cogitabit. Illud imploro propterea, quod
nunquam studiis meis defuistis. Quod si feceritis:
ego, me Christe, operam dabo maximam: ut vo-
bis & laudi & usui esse possim. Valete.

Calend. Aprilis Anno cIc. Ic. Ic.
Conariæ

M. Hermannus P!assius
P. C.

ELE-

ELEGIARVM
LIBER.



ELEGIA. I.

DE NOBILITATE.

Ad reverendum & nobilissimum virum, Dominum
LUDOVICVM à LOCHOVV, Ecclesiae Mag-
deburgensis Metropolitanae De-
canum.

Dulce decus, generosa domus, generosa propa-
go:

Dulce decus virtus addita stemmatibus.

Virtutis bonitas etenim, generisq; vetustas

Magnus est antiqua nobilitatis honos:

Creditur aetherium semen, Divumq; putatur

Esse genus: donum praeipuumq; DEI.

Et licet antiquo generati simus ADAMO,

Simus est unius pignora chara patris:

Non tamen idcirco vitæ discrimina tolli,

Tolli nobilitas, officiumq; nequit.

Dignior est populo princeps, dux milite major,

Nobilis agricola est anteferendus homo:

B

Namq;

Namq̄, fera semper præstat fera, corpore corpus,
Semina seminibus, sidera sideribus:
Omnibus excellens stellis Hyperione natus,
Illustrat radiis astra solumq̄, suis.
Illustrat rutila spaciosum lampade mundum,
Temperat & radiis frigida LVNA suis,
Virgilia superat tardas nimbosus ORION,
Olenia præstat Manalis ursa capra.
Arbor & arboribus, præstantq̄, metalla metal-
Sæpius uberibus præstat agellus agris. (lis,
Quid? quod equus præfertur equo, Leo quodq̄,
LEONI,
Armipetis bobus ruricolaq̄, boves.
Adde, quod in membris hominum, discrimen
habetur,
Esse nec equali pars in honore solet.
Sæpius est melior foetus pariente parente,
Sæpius est melior floribus herba suis.
Singula quid referam? rerum moderator hono-
Attribuit sanctis Regibus ipse suis. (res
Attribuit Ducibus populi, sanctisq̄, Magistris
Eximias magna nobilitatis opes.
In nunc nobilium stirpem contemne virorum,
Eximias dotes, eximiumq̄, genus.

ELE-

ELEGIA. II.

DE MILITIA.

Ad reverendum & nobilissimum virum, Dominum
VVICHARDVM à BREDOVV Senio-
rem & Thesaurarium.

Militia meruit quondam sibi miles honorem,
Æternumq; suo Marte paravit opus.
Arte nec est, sed Marte potens generosa propa-
Astraa titulis fultaq; rara domus. (go,
Arma tulit, tulit ex armis insignia miles
Pluribus; & partum Marte favente decus.
Hinc Vvicharde caper clypeos ascendit & ornat,
Hinc & distinguunt Martia castra genus.

ELEGIA III.

Ad reverendum & nobilissimum virum, D.
ERNESTVM à MELZING.

MAjores, ERNESTE, tuos bellasse: galerus,
Ille triplex: Cristis alta tiara probat.

B 2

Arma

*Arma viros: victores Crista: trophaea galerus,
Hostium & exuvia nobile stemma decent.
Sunt simulacra tibi; patrum monumenta tuorum:
Multus & antiquo Marte triumphus avi.
Iulicet esse queas inimicis Martis in armis,
Miles, & eternum commervisse decus.
Te tamen arguti remorantur verba Davidis,
Mutatoque pia saepe calore preces.
Militet omnis amans belli, spoliisque reportet;
Quin etiam Christi militet omnis amans.
Vtraque militia est summo gratissima Regi,
Alter a militibus, alter a freta prece.*



E L E G I A I V.

De insignibus & symbolis.

Ad reverendum & nobilissimum virum, Dominum
Christianum ab Hopfforff Scho-
lasticum,

ET monumenta Duces, & habent INSIGNIA
Reges,
Arma gerunt reges, arma ducesque regunt,
symbola

Symbola sunt Italis, Germanis symbola nota,
Sunt bene Iudaeo symbola nota viro,
Æneus erecta pendebat ab arbore serpens,
Tollebat forma virus & omne crucis.
In crucis & formam tenuit tum brachia Mosis,
Hostibus è domitis clara trophæa tulit.
Græca superstitio ligniq; crucisq; figuram,
Attribuit vivis postea militibus:
Nescia sed tribuit, simulacri nescia, CHRISTI
Nescia, sed sancta nescia turba crucis.
Nescia turba DEI, tribuit vim rebus & astris,
Attribuit plantis, attribuitq; feris.
Singula nec possum versu portenta referre,
Nec possum cunctos enumerare Deos.
Astra colit, veneratur ovem, veneratur & an.
Nescia serpentis, nescia turba crucis. (quem,
Roma potens opibus cultum neglexit & aras,
Temsit & ipsa cruces & simulacra crucis:
Nam tribuit validis aquilas insignia turmis,
Et voluit mundi totius esse caput.
Viribus ipsa suis fidens & Marte potenti,
Germani temsit nobile Martis opus.
Patria non timuit vires Germania Roma,
Sapè sed in Romam Martia castra tulit,

ARMINIUS virtute potens & strenuus armis,
Edomuit Romam Quintiliumq; ducem.
Utq; alios alij de forti Marte monerent:
Innumeras clypeis inseruere feras,
Inseruere truces colubros, stygiosq; Dracones,
Ad placitumq; sibi symbola quisq; tulit.
Armiger arma tulit, venator cornua sumsit,
Auceps aucupium, navita navigium,
In clypeis gessit puppes insignia CIMBER,
Nave quod arctoum venit in Oceanum,
Anchora post aliis placuit, placuitq; Phaselus,
Et sua cliuosis carbasa littoribus.
Summus & imperij moderator & optimus au-
Aucupis aucupij nomen ab arte tulit; (ceps,
Sapè quod est solitus laqueo captare volucres,
Discatisq; suis fallere viminibus.
Ipsius exemplo Regis generosa juventus
Tangitur, & misera retia ponit avi.
Hinc color in clypeis, hinc cernitur Ardea mul-
Anser inest multis, & fluvialis anas. (tis,
Viribus ipsa quibus velox adoleverat etas
Gestabant humeris cornua rauca suis.
Et nemus intrabant & devia lustra petebant,
Ducebantq; suos per juga summa canes.

Nam

Nam timidas norant cursu prævertere cervas,
Auritos lepores, capreolosq; sequi.
Qui poterant imbresq; pati solemq; nivesq;
Assiduos aestus, assiduamq; sitim:
Et quibus exuvia cura spoliūq; ferarum
Sub foribusq; suis ponere posse feras.
Tingebant virides undanti sanguine lucos,
Et lanianda feris corpora pulcra dabant.
Hinc lepus, hinc aper, hinc ursus, vulpesq; lupusq;
Innumeris ornant stemmata stemmatibus.
O decus, o cultrix nemorum Latonia virgo,
O Phœbi consors & studiosa fera.
Te juvat ingentes strepitus audire ferarum,
Te juvat hortari per juga summa canes.
Te juvat excusso jaculum vibrare lacerto,
Te juvat immanes sternere posse feras.
Salve virgo potens nemorum divesq; Pharetris:
Da requiem ducibus, sylvicolisq; viris.
Quo feror? armorum strepitus, animusq; viri-
Stemma vetus magnæ nobilitatis alit. (lis,
Ipsa licet virtus, leges videantur & artes,
Artibus illustres nobilitare viros:
Sola tamen virtus animosa, potensq; QUIRINVS,
Nobilium procerum creditur esse caput,
Auso-

Ausonii genuit generosa COLUMNA sub oris,
Zollerios comites, Marchiadosq; duces,
Ascanios comites generosus protulit VRSVS
Progenuit Guelphos ACTIVS augura vos:
Arma quibus dederint, nomē, nec dicere possum,
Nec paucis Elegis convenit illud opus.
Pars gerit in clypeo galeam, pars casside Cristas,
Pars sua signa tenet, pars pharetrasq; gerit.
Pars tristes etiam gladios ostentat & hastas,
Sarmaticos arcus, & fera tela Getæ.
Maxima pars duro loricas ære rigentes,
Armigeros equites, armigerosq; viros,
ET PIETATE ET IUSTICIA comitesq;
ducesq;
Commeruere sibi nobilitatis opus.
Hinc nitet in clypeis pia virgo TRABESq; co-
lorq;
Luminibus fulgent sidera clara suis.
Sidera sincera fidei pulcerrima signa,
OPTIMA IUSTICIAE SVNT SIMV-
LACRA TRABES,
Singula persequerer, mihi si cum nomine facta,
Nota forent; quædam nunc memorasse, sat
est.

ELE-



E L E G I A V.

Ad reverendum & nobilissimum virum, Dominum
TITKE à MOLLENDORFF.

ERgo trabes trabibus miscentur, & alma vira
Cōspicitur clypeis, optime TITKE, tuis! (go,
Scilicet illustres inter voluisse nitere
Et valuisse, tuum nobile stemma, viros.
Accedit trabibus pietas & candida virtus;
Sancta fides titulis crescit & ipsa tuis.
Et sacra templa petis, Christum profiteris & i-
Ipsius laudes quotidieq; canis. (psum,
Magnus honos quanquam generoso Marte pao
Grāde decus miles castra secutus habet. (ratur,
Una tamen pietas illi prestare videtur,
Quod tenet eterni pramia summa poli;
O fortunatos equites satiusq; beatos,
Quos penes est pietas, quos penes estq; fides.



E L E G I A VI.

Ad reverendum & nobilissimum virum, Dominum
FRIDERICVM ab ARNSTED eiusdem
templi Vicedominum.


C

Regia

Regia ceu volucris levibus petit athera pen-
 Altius & reliquis omnibus una volat: (nis,
 Sic scandisse genus vestrum virtutis in arcem,
 Inter & illustres eminuisse viros:
 Et Rosa testatur, geminae testantur & ala,
 Ala volat: fortes tollit in astra viros.
 Sed rosa Principibus gratos & reddit amicis:
 Ut possint Domini sustinuisse vices,
 Quantum latantur summi Iovis alite Reges,
 Quantum vere novo mollia prata rosis:
 Tantum latantur conspectu patria tempe,
 Tantum consilio templa beata tuo,
 Te sine non patria vixissent forte Camœna,
 Te sine non solis tuta fuisset humus.
 Te veniente domus Phœbi, collesq; sonabant:
 Italicæ Nymphæ Frosiadesq; Dea.
 Gaudebant Solis colles & mollia prata,
 Gaudebant culti jugera cuncta soli.
 Collibus Italicis lucem vitamq; tulisti,
 Venisti patruis spesq; decusq; meis.
 Hic avus ipse meus somas in monte capellas
 Hic avus & teneras pavit agrestis oves
 Seu tenebras vesper retulit, seu Lucifer ortum,
 Et ala pascentem prata tulere virum.

Opa-

O patrium liceat versu mihi dicere montem,
Cui sol præclarum nomen habere dedit.
Fas, FRIDERICE, mihi patrios celebrare penates,
Fas mihi Vvelslebios concinuisse lares.
Nam me mons Helicon generavit, & Itala tem-
Sic Italus patria, sic Alemannus ego. (pe,
O utinam teneam campos ego pauper avitos,
Quos nunc externus Sardanapalus habet:
Dicerer ò utinam possessor pauperis agri,
Te ferrem versu gratus ad astra meo.




ELEGIA. VII.

Ad reverendos & nobilissimos viros, D. Iohannem:
Dominum Christophorum, & Dn. Iohan-
nem Georgium ab Arnim.

CVr non ARNIMIVM generosi sanguinis ortū,
Innumerabilibus versibus accumulem?
Quis neget esse viros præstanti stemmate natos,
Lumina Marchiadum, Marchiadusnq; dec 9.
Sive petam patriam, repetam seu littus Haveli,
Nobilis huius ego stemmatis invenio.

Invenio villas, benè structas conspicio arces,
Conspicio campos, invenioq; domos.
Invenio virides lucos, sylvasq; sonantes,
Dulcia nam magnum possidet arva genus.
Finibus accumulat fines quid? Marchidos ipsi
Auxerunt summi pradia culta duces.
Forte quod ARNIMII bello meruere triumphos,
Pro patriisq; suis arma tulere focis.
Idq; probare trabes & cornua bina videntur;
Martia nam firmum cornua robur habent.
Cornua Mars tribuit vobis, Bellona trophæa,
Ipsa dedit virtus ingeniumq; trabes.
Cœlestis dotes Astræa: Camæna celebris,
Grande celebravit nobilitatis opus.
Et merito: versus poscit generosa propago,
Poscit & eximium nobile stemma melos.
Vos proceres pia Musa colet, vos carmina dicent,
Vos etiam semper mollis avena canet:
Spicea dum messis fuerit, dum vinea culta,
Dum cœlum stellas, Albis habebit aquas.
Si modo vena fluet, venient & carmina versu,
Si modò parva mihi vita superstes erit.

Ad



E L E G I A VIII.

Ad reverendum & nobilissimum virum, D.
Christophorum ab Hunigfe.

INter *M*AURITII proceres ò nobile sidus,
Sive velis belli, seu magis arte togæ.
Bellum crista notat: candorem Lilia signant:
Et glans designat nobile pacis opus.
Et generis virtus, & rerum maximus usus,
Defendunt clypei talia signa tui,
Credibile est atavos meruisse per arma, per en-
Istud præclarum nobilitatis opus. (ses,




E L E G I A IX.

Ad reverendum, nobilissimum & literatissimum
virum, D. VVolfgangum à
Spitznas.

INter mille neces, inter fera prælia Martis,
Stemma tuum credo hoc commeruisse decus.
Quid sibi quinq; velint hasta: quid cristaq; tri-
plex:
Quidq; velit ramus: quid triplicesq; trabes?

*Carminibus venerande meis VVOLEFGANGE re-
Vellem diversis amplificare notis. (ferrem,
Me nisi deficeret Clio, lugeret & omnis
Musa: dabo certis omnia temporibus.*



E L E G I A. X.

Ad reverendum, nobilissimum & doctissimum
virum, D. Henricum ab Assen-
borg.

O Spes Aonidum, divini juris asylum,
O Aspurgiaca maxime gentis honos:
Nulli doctrina, nulli virtute secunde,
Saxonicis atavis progenerate viris.
Te colit Hercinius saltus, te Bructerus ipse,
Te colit inprimis Ottiniana: vale.
Te colit Aonidum grex, & te nobilis omnis
Cœtus, & Astræa gens generosa: vale.



E L E G I A XI.

Ad reverendum & nobilissimum virum, Dominum
Christophorum à Gôren.

Et

ET merito: nam sancta Themis, generosus &
Et te virtutis nobilitavit honos. (ortus,
Omnis nobilitas: omnis letatur & ordo,
Letatur civis, gaudet & agricola:
Te patria patrum numero procerumq; videri:
Quos Rex munificis dotibus àuxit Otho.
Lator, & ipse feram Phœbeo carmine laudes,
Ipse brevi dicam talia dona: vale.



ELEGIA XII.

Ad magnificum, nobilissimum & literatissimum vi-
rum: IOHANNEM à LOEBEN, Electoris
Brandenburgensis Cancellarium
dignissimum.

SAcra tenes, LOEBENE, tenes & civica jura,
Iura Medusais anteferenda bonis.
Hoc sine nam studio neq; rex, neq; subditus ullus
Quid servare potest, quidq; parare potest
Iure venit nobis successio, jure smaragdus,
Iure venit clarus lumine chrysolithus:
Iure parantur aqua, saltus, volucresq; feraq;
Iure benignus ager, jure benigna seges.

Iure

Iure venit fundus, spaciosus & alveus undis,
Iure venit vestis, materiesq; venit.
Et sata jure mihi veniunt & fertilis arbor,
Litera scriptura, seminibusq; seges.
Singula nec referam sancti praeconia juris
Commoda nec verbis enumerabo meis.
Indiget urbs omnis juris, dux indiget omnis
Æqui notitia, notitiaq; boni.
Et sine valle potest urbs, & sine mœnibus esse,
Non sine sacratis legibus esse potest.
Nam si nulla foret lex, si Respublica nulla,
Nemo suum salvum forsitan haberet olus.
Oppida nec tantum defendit Martius heros,
Qui fert pro patriis maxima bella focis:
Nec modo facundus novit servare penates
Officioq; suo consilioq; senex:
Et bonus orator, doctus Iurisq; peritus,
Cognovit patria consuluisse sua.
Principibus novit patriaq; praeesse parenti,
Cognovit miseris utilis esse reis.
At nocet eloquium, fandi nil copia prodest,
Nobile dicendi vis labe factat opus.
Maxima verberibus non fiunt praelia verbi,
Verberibusq; urbes & spoliantur agri.

Turca

*Turca nec eloquio, sed multo verbere crevit,
Nec petiit nostrum vocibus imperium.
Est aliquid: nil sermo facit: NIL PENNA
sed USVS,*

Usibus accedat vis inimica suis.

*Oppida nec sermo perdit, sed perdit abusus
Nec jus iudicium, sed male suadus homo.*

*Lege sit armatus princeps, instructus & armis:
Pacis & armorum tempus ut obtineat.*

*Plura nec adjiciam: novisti nobile lumen,
Novisti dotes juris & Eloquii.*

*Et generis virtus & magna scientia juris,
Te carum patribus principibusq; facit.*

*Omnis nobilitas, omnis te diligit ordo,
Omnes te saltus, omnis agellus amat.*

*Te virtus, te sancta fides se jactat alumno,
Doctrina gaudet patria nostra tua.*

*Te veneranda cohors Themidos, te doctus Apollo,
Aoniumq; sibi vendicat omne nemus:*

*Marchio te noster per summa negocia princeps,
Assiduum summis detinet officiis.*

*Et majora tibi spondet pia premia CHRISTVS,
O Decus, o patria summa columna mea.*

D

ELE.



ELEGIA. XIII.

Ad nobilem, consultissimum virum, D. ARNOLDVM
de REIGER, eiusdem Ducis Vice-
cancellarium.

Multa Themis quondam nobis, ARNOLDE, spo-
Scilicet aeternæ fœdus amicitia: (pondit :
Illecebras nobis promisit & utile munus.
Quo possem studiis rite vacare meis,
Scribere quo possem versus & volvere leges,
Scandere quo possem celsa theatra Ducum.
Mentita est DEA: mendaci post credere nolo:
Me capiet nunquam post ea blanditiis.
Me facere insignem Doctorem Diva volebat,
Meq; Professore: nunc facit agricolam.
Tu tamen audebis miserum revocare Poëtam,
Publicus ut vates fiat hic agricola.
Et potes, & vis: observes modò tempus & horã;
Et quacunq; potes parte juvare, juves.



ELEGIA. XIV.

Ad nobilissimum & literatissimum virum: D.
Ioachimum à VVinterfeldt: Electoris
Brandenburgensis consiliarium,

Qualis

QValia quis viridi, I O A C H I M E, petiuit in
rvo,

Talia sapè senex; talia virq̄, capit.
Te memini laudare tuis ego versibus aulam,
Te memini casses & memorare tuos:
Famq̄, tui voti compos: & vivis in aula,
Deditus & sylvis abdita lustra petis.
Principe cumq̄, tuo committens praelia campo
Insequeris lepores, insequerisq̄, lupos.
Astutas vulpes, agitasq̄, in retia cervos,
Ferrataq̄, truces cuspide figis apros.
Inter Hamadryadas, virides interq̄, Napeas,
Exerces alacres & sine fine choros.
Gaudia semper habes: nam letũ let a sequuntur,
Gaudia qui spirat, gaudia semper habet.



E L E G I A X V.

Ad nobilissimum & doctissimum virum: Dominum
Esaiam à Brandenstein Electoratus Saxo-
nici consiliarium.

ODecus Astræ, gentisq̄, columna Narisca,
Aonidum columen, nobiliumq̄, iubar.


D 2

Non

Non modo Musarum, Brandsteini, castra cole-
Discebasq; puer tristia posse pati: (bas,
Discebas vigiles studiis perferre labores,
Iuridicos repetens nocte dieq; libros,
Sed varios etiam mores ritusq; videbas,
Et varias terras, Oceaniq; sinus.
Nam linguas didicisse, sacras didicisseq; leges,
Ducebas veras nobilitatis opes.
At peregrinator longè custode remoto,
Abjicit & libros & pietatis opus.
Aut sequitur nimium ludos & ludicra tractat,
Aut discit magnos evacuare scyphos.
Aut petit immundos saltus turpesq; popinas,
Aut visit veneres, Italicasq; Deas.
Fortè quis incolumis si patria tecta revisat,
Aut repetat visa docta theatra domus.
Pallia curtagerit, longissimam pilea gestat,
Tympanicas caligas, tympanicosq; sinus,
Et tumidum ventrem crasso sub pectore monstrat,
Ut monstro similem se probet esse satis.
Et genibus flexis matremq; patremq; salutat,
Libatis digitis prebet & ipse manum.
At quanquam multi illicito capiuntur amore,
Dant operamq; nimis dulcibus illecebris.

Te

*Te tamen haud coepit Sirenum blanda Camœna,
Talia curasti turpia monstra minus.
Nam vidisse solum, leges audisse sacratas,
Optabas doctos cernere posse viros.
Felices juvenes, quibus hæc cognoscere primum,
Post varios mores cernere, cura fuit.
Vidisti terras, didicisti dogmata juris,
Vidisti Latium, Sarmaticumq; solum.
Vidisti Solymas arces & mœnia Bethles,
Vidisti variis flumina fluminibus.
Iamq; tuis Ducibus monstras Hispanica regna,
Gallorum tractus, Italicosq; sinus.
Menibus assideant alii, laribusq; paternis,
Parta tibi longa gloria magna via est.*



ELEGIA XVI.


Ad nobilissimum & literatissimum virum, Dominum
VVolfgangum à Luttichav, Electoris
Saxonici consiliarium.

ET merito: nam vidit ubi pia juris alumna;
In legum studio te posuisse dies.
Vidit ubi doctas pectus coluisse per artes,
Illa tibi tantum contulit officium.

D 3

Scili-

Scilicet ut Ducibus præsibus & juris alumnis,
Nobilibus præsibus agricolisq; viris.
Quod si, mi LVTICHAU, facies: te dona sequen-
Ipse tuum tollam nomen ad astra: vale. (tur:




ELEGIA XVII.

Ad Bernhardum à Pôlnitz consiliarum ibi-
dem Theſeum ſuum.

Ingenioſa tui nitebar ſcripta DONELLI
Imparibus noſtris concinuiſſe modis;
Iamq; laborabam paucis committere chartis,
Iſtius ſummum quicquid acumen habet.
Scilicet æs numero reddi, reddiq; valore
Debet? non SPECIE, nec bonitate ſua.
Sic ego: ſic contrà diuina virago loquenti,
Non ita: mi cuſtos optime IVSTITIAE.
Inſpice contextum, textus & perſpice verba,
Inuenies aliud, percipiesq; modum:
Mutua quo reddi precioſa pecunia tandem
Debeat, & legum reſtituatur honos.
Argentum dederis, argentum redditur: æsq;
Qua SPECIE dederis, accipies & egens.
Sic

*Sic ego : sic ASTRAEA mihi : Bernharde manebit
Qui tibi consedit, sensus in ingenio.*



ELEGIA XVIII.

Ad nobilissimum & lectissimum virum, Dn.
Abraham à Bellin.

Nuper causidicus fieri, BELLINE, volebam,
Gaudebamq; fori commoditate frui.
Furgia vendebam demens & verba locabam,
Ducebamq; reos ante tribunal ego.
Vulturiumq; miser celebrem rabulãq; sequebar,
Qui me processus grande docebat opus.
Discebam causis spaciosum sumere tempus,
Discebam tardas neçtere posse moras:
Discebamq; mora, variam prætexere culpam,
Sanctãq; verbosi flectere jura fori.
Omnia discebam, cunctis prodesse volebam,
Omnibus optabam consuluisse reis:
Non ego victor ubi fueram, causaq; cadebam,
Querebam culpa mille repente vias.
Aut ego causabar queruli mala pacta clientis,
Aut ego causabar iudicis officium:

Omnia.

*Omnia ne referam: consumsi tempora stultè,
Ingenio didici nam minus apta meo.
Aptus eram, liceat saltem mihi vera fateri,
Ingenuis Musis, versibus aptus eram.
Ipse velim doctas profiteri carmine Musas,
Eloquium juvenes aut docuisse velim.
Ipse etiam praecepta velim conscribere morum,
Quae deceant juvenes, quae deceantq; viros.
Astraeq; velim juvenes Elementa docere,
Obrechtum sequerer, Giphaniumq; ducem.
Hoc mihi contingat; sit dives vultur & ultor,
Qui tenet ipse nefas & violare fidem.*



E L E G I A X I X.

Ad nobilem & literatum juvenem Iacobum à
Grunenthaler in Hungariam euntem.

I Bis in Hungariam primo sub flore juventa,
Aonidum summum, docte IACOBE, decus?
Ibis, & Astriacum procerum stipante caterva,
Aggredièrè ferì nobile Martis opus?
Arma feres, funesta feres certamina belli
Inq; feras Turcas fortiter arma feras.

Tutius

Tutius est lepores venari, figere cervos,
Tristia quam forti signa tenere manu:
Tutius est etiam junxisse labella labellis,
Et dominam tenero continuisse sinu:
Quam manibus clypeos, & acuta cuspidis hastã,
Et galeam pressa sustinuisse coma.
Irrequieta fugant tibi classica pulsa leporem,
Impius alipedes terret & hostis equos.
Sapius ante tuos oculos jugulatur amicus,
Concidit in partes frater & ipse duas.
Sapius ipse tibi furiosus Turca minatur,
Ostentat gladios, & fera tela jacet.
Quod si tanta sitis belli, si tanta cupido,
Et tua succendit pectora tantus amor:
Acer eas, quo cogit te tua fervida virtus,
Fortibus in Turcas ensibus acer eas:
Ut domui majora tua det premia CAESAR,
Maximus ex bellis & generetur honos.




ELEGIA XX.

Ad nobilem & literatum juvenem Rudolphum
à Bunavv in Italiam euntem.

E

Inter

INter mille minas infesta spicula sortis,
Quis putet Aonidas carmina posse loqui,
Ingeniosa minus quanquam: tamē addo politis
Ista superstitibus carmina carminibus,
Et tibi, cum multis sincero pectore felix,
Ut mea testantur carmina, grator iter.
Et precor, irriguum venias ut saluus ad ILLVM,
Saluus & Alsatum docta Lycea petas.
Audisti logicas artes, Elementaq; juris,
Audisti morum, meq; docente, libros:
His jungas Digesta, notes & dicta Magistri,
Cui calidus mensis nomen habere dedit.
Hac ubi nota tibi fuerint, facundia nota,
Gallica rura petas, Italicasq; domos.
Noveris ut linguas, RYDOLPHE, revise penates:
Ut patria possis commoda ferre: vale.



ELEGIA XXI.

Ad nobilissimos & literatissimos convi-
ctores in Italiam euntes.

Esse quid hoc dicam? quod abit generosa pro-
Nobiliū juvenū, nobiliumq; virūm. (pago,
Qui

Qui benè verbosas norunt ediscere leges,

Qui vetus antiquo sanguine stemma probāt.

Nuper ad agnatos rediit MORSCHAIMVS agros,

Quos colit innumeris Vangio stemmatibus,

Nunc petit Italiam per inhospita saxa, per Al-

EGIDIVS patria spesq; salusq; sua. (pes,

Est etiam juvenis, primo sub flore iuventa,

Magnus imaginibus, maximus ingenio:

Aularum columen, SALANAE summus O

CELLVS,

Prasidium vatum, prasidiumq; fori:

Auspicio quondam patria praefectus & aulis,

Aurca suppressis tempora restituet.

Spes mea, spes fratrum, mæsta spes una parentis,

Maxima, POLNICKIAE blanda columna

domus,

Ille favente Deo certisq; sodalibus utens,

Nunc petit AGRIPPÆ regia tecta domus.

Et comes insequitur GRVNETHALER & al-

ter ACHATES,

Progenies claris edita Semideis.

Cara Deo, dilecta scholis, dilecta Baroni,

Qui decus & Sala est & tenet imperium.

E 2

Ca-

Charior Austriacis Ducibus, Regi^q, supremo,
Qui Latii custos; Maximus imperii est.
Charior est nostro Bernhar^{do}, charior uni,
Quam fuit alinus Hylas Amphitrioniada.
Cesserit EVRIALVS, furis agitat^{us} ORESTES;
PERITHOV^sq³ sua cesserit ipse fide.
Fungitur ULRICVS veluti facundus Ulysses,
Synceroq³ meus pectore NISMICIVS.
Ite bonis avibus, velis felicibus ite,
Ite, nec impedi^{at} latro sinister iter.
Ite, mea semper memores estote Camæna,
Vos ubi felici navita puppe vehet.
Sic vestro nulli venient in amore dolores,
Sic veniet studiis aura secunda sacris.



ELEGIA XXII.

Ad nobilem & literatum juvenem Christopho-
rum Langmatellum à Sparren.

Posse per arma gradi, potuisse volare, per ho-
Principium veteris nobilitatis erat. (stes,
Quem minus indomiti Martis fera signa mo-
Ille sacro poterat victor honore frui. (vebant,
SCIPIO

SCIPIO commeruit nomen laudesq; triumphis,

HECTOR & armiger a clarus in arte fuit.

Troius AENEAS, volitantis frater amoris,

Obtinuit laudes, emeruitq; decus.

Ivit ad adversos hostes Laertius heros,

Parvus & intrepido corde pericla tulit.

Demophoon armis, armis clarescit Achilles,

Ensibus estq; potens Amphitryoniades.

Ornat & insignem clara Mars morte TIBVL-

(LVM

Messalam terra dum sequiturq; mari.

Cur Italos refero, nostros taceoq; Poetas,

Qui doctum gladiis instituere latus.

Pro duce Musarum est FRIDERICVS Saxo

Poetis,

Lotichius sequitur quem ense chelyq; sua.

Ipsae vel ensiferos vates comitabor euntes,

Cum nihil VRANIE, nil valeatq; THEMIS.

I, pete Pannoniam, Turcas contraq; minaces

Arma fer: inceptis sors faveatq; tuis.

I, sequar: ardentes humeris gestabo bipennes,

Robustum cingam miles & ense latus.

Cum nil Musa valet, valeat Mars belliger ar-

Forsitan & poteris sic meruisse decus. (mis,

E 3


ELE-



ELEGIA XXIII.

Ad Georgium à Nismitz in Nebra discipulum & ocellum suum.

Ergo juvat minimà cōtentos nocte Britannos,
Flandrorumq; bonum visere velle solum?
Miror: fortè placet tellus & amœnior hortus,
Agrippaq; tibi culta vireta placent.
Sic est: arrident horti lepidiq; recessus,
Quales Hesperidas incoluisse ferunt.
Arridet morum probitas, & basia Nympha,
Qua colit Agrippa Pieridumq; domos.
O utinam tecum petiissem docta theatra,
Non me Flaminia forsā haberet amor.
Sed quod fata volunt, fieri quandoq; necesse est,
Quod jubet ipse Deus, temnere nemo potest.



ELEGIA XXIV.

Ad Iohannem Henricum à Bila
discipulum.

TV quoq; BILA meo semper celebrabere versu,
Te quod in ingenuis artibus erudii:
Teq;

Teg³, quòd invisi, fido comitatus ORESTE,
Vandalicas urbes, Vandalicumq³ mare.
Me febris urebat quando, quandoq³ jacebam
Æger, & in toto corpore sudor erat.
Fessus equo quando veniebas BILA pusillo,
Quem tibi Pòlnicius tunc dedit Eurialus:
Nos ubi vexabat Caucasus Titanis ad urbem,
In qua sol quondam numinis instar erat.
Omnia ne referam: cunctas per agravimus urbes
Nunc quas Occani Balthica stagna vident.
Vidimus Hamburgum: Lubecum vidimus ur.
Vidimus & culta culta Lycea Rosa. (bem,
Vidimus & majora: dabo qua tempore certo,
Hæc tibi sufficiat commemorasse, sat est.




ELEGIA. XXV.

Ad lectorem.

HOs elegos Borgensis ager, Borgensia tempe,
Nobilis Arminii tesqua dedere Ducis:
Et nemus Albiacum, tribuit cui florida tellus
Nomen, & antiqui Regia celsa senis:

Quem

*Quem benè convertit Franci Rex Carolus orbis
Maximus, in clypeis cui nitet albus equus.
Hic ego nobilium cantavi stemma virorum,
Carmina disparibus composuiq; modis.
Pluraq; fecissem: Subulo nì Scincus & ipse
Hoc satis infelix impediisset opus.*



ELFGIA XXVI.

Ad clariss. & doctissimum Virum Dn. M. CHRIS-
TOPHORVM CAESAREM, Scholæ
Halensis Rectorem.

Quisquis habes versus, quisquis bona carmina nosti,
Dicito Cæsareis carmina digna viris.
Musa veni, tua cinge sacrâ pia tempora lauro,
Sis licet infelix, attamen ipsa veni.
Musa veni, mea Musa veni, mea Flammea Musa:
Pone metus, hilaris sis mea Musa parum.
Te licet exagitet mala plebs, & rustica pubes,
Dedita Musa tamen versibus esse velis,
Nec non Cæsaribus: quanquam sunt nomine tantum,
Totius imperii nec moderentur opes.
Quid loquor? ah ignosce pater, pater optime, Cæsar:
Cæsar es ingenio, Cæsar & imperio.
Et Rex, & Cæsar: iam dudum namq; probasti,
Versibus ingenium, legibus imperium.
Imperio doctam moderaris, & arte, iuventam;
Ingenio vates, eloquioq; regis.

Ingenio

Ingenio doctos peperisti mille poetas,
 Qui celebrent homines, qui celebrentq; Deum.
 Inprimis natum Genio ingenioq; potentem
 Artibus imbueras, eloquioq; tuum.
 Cura illi acris erat, rerum cognoscere causas;
 Et quaecunq; latent abdita, quaeq; patent.
 Quatuor ut primum genitalia corpora gignant,
 Obliquo Titan quicquid ab orbe videt.
 Quid faciat ventos, quid aquas, quid nubila coeli,
 Quid faciat pluvias, quid faciatq; nives.
 Quidve pruina sibi velit, & quid saxea grando,
 Horrendis portet quidve Cometa comis.
 Quid canis, aut Hyades portent, quid aquosus Orion,
 Cur hederæ Vatum tempora docta tegant:
 Saturnus noceat vati, proffitq; Dione,
 Iupiter exornet Mercuriusq; melos.
 Lucida cur niteat curvo Latonia cornu,
 Lumine cur fratris luceat ipsa sui.
 Deniq; cognorat, quicquid natura creatrix,
 Quicquid habet tellus, quicquid & astra tenent.
 Partibus in Sophiæ cunctis nil fugerat ipsum,
 Lustra etiam cum non bis duo natus erat.
 Cum primis studuit sanctos addiscere mores,
 Qui veneris pellunt luxuriæq; nefas:
 Qui claros faciunt homines, & honoribus aptos,
 Qui morbos animi, tristitiamq; fugant.
 Quid? quod Iusticiam didicit, præceptaq; Iuris,
 Quæ bona quæq; iubent, & mala quæq; vetant.
 Singula ne referam: doctum quaecunq; Magistrum
 Scire decet; ferè noverat ipse puer.
 Ipse duas linguas artesq;, docente parente,
 Et fidei nostræ dulce tenebat opus.

F

Nomen

Nomen & à CHRISTO impositum velut ille gerebat,
Sic fuit hic ILLI Regula, Vita, Salus.
Et nihil in vita ducebat ita utile vitæ,
Quàm fido solum pectore nosse Deum.
Disceret utq; Deum; linguæ studiosus & idem
Hebrææ, sanctâ hac cultior arte fuit.
Et quanquam nôrat veræ præcepta salutis,
Cantabatq; DEO nocte dieq; melos:
Attamen haud poterat vitam subducere morti,
Mortis nec poterat spicula diffugere.
Heu dolor, heu planctus, suspiria magna parentum,
Qui nequeunt fletus continuisse suos.
Heu fratris gemitus, heu singultusq; sororis,
Quæ replet lacrymis ora genasq; suis.
Heu quid agis, longè carissima Margarâ, tandem
Quin animo fletus heu moderare tuos.
Quæso quiesce, tuus Frater conscendit Olympum;
Latus ibi summo vivit agitq; Deo.
Cur oculos laceras, teneros lacerasq; capillos,
Assiduis quare fletibus ora rigas?
Siste tuas cohibens lacrymas: sic fata tulerunt:
Sic voluit sapiens, qui regit astra, Deus.
Accipe quos mitto, lugubria munera, fletus:
Accipe quæ mitto. Carmina pauca, soror.
Ah ignosce mihi, quòd te voco, Virgo, sororem:
Dicere me iussit non malè sanus amor.
Me tua mater amat; genitor me diligit instar
Fratris, & attribuit præmia summa mihi.
Scilicet exequias sincero pectore solvo,
Scilicet ingenuo carmina corde fero.
Tu quoq; docte parens, omnem deponc dolorem,
Luctisonâ questus exue mente leves.

Nam

Nam nihil efficies; saltem te læseris ipsum,
Si nati perges fata dolere tui.
At miserum est, vanum manibus tractasse laborem,
Nec prodesse; magis sed nocuisse sibi.
Quin abiit tibi, non obiit, cælosq; prævit
Natus; & expectat, quando sequaris, ovans.
Aspicit & coram, toties quod mente petivit,
Alloquio summi perfruiturq; Dei.
Hic cupidas ruet hei natus tibi carus in ulnas,
Mens ubi læticiæ plenaq; pacis erit.
Non patrem hic nato, non natum hic secula patri
Abstrahere ulla aliquo, crede, dolore queunt.
Felix constanti qui credit pectore CHRISTO,
Inconstans sequitur nec rationis opus.




ELEGIA XXVII.

*Ad eundem M. CHRISTOPHO-
RVM CÆSAREM.*

ET thalamus tumulusq; canuntur carmine nostro;
Sunt bona mixta malis, lætaq; flebilibus.
Gaudia Nata dedit, Natus suspiria mille
CHRISTOPHORVS, vatum gloria magna, tuus.
Iam satis assiduo nati doluisse dolore
Fata, satis lacrymis immaduiffe genas.
Siste tuos gemitus, ô Cæsar, siste dolores,
Nam tuus est natus Cæsar in arce poli.
Vivit in arce poli summo cum Cæsare Cæsar,
Vivit, & æternis utitur ille bonis.

Vatibus & junctus sanctis, hinc saluus **J E S U**
 Assiduas laudes & benefacta canit,
 Ut coluit pietatis opus; sic percipit ille
 Præmia; conspectum, colloquiumq; **DEI**.
 O fortunatos vates, vereq; beatos,
 Qui memorant laudes & benefacta **DEI**.
 His quicunq; Poëta, colit sacra Numina terris,
 Ille poli lætus regna, Poëta, colit.
 Adde quod intravit felicis gaudia læti
 Nata, quod est dignum Margara nacta virum,
 Quem non luxuriosa venus, lasciuia quem non,
 Sed licitus thalamus castus amorq; iuvat.
 Non modò Majorum quem virtus ornat avita,
 Non merita, aut veterum lausq; decusq; patrum:
 Sed Pietas, doctrina, fides, & propria virtus;
 Integritas, probitas, ingeniiq; nitor.
 Quare de tali, Socer ô, Genero tibi gaude:
 O, tali gaude de soceroq; Gener.
 Sis Generi, Socer optime, prosperitate beatus:
 Tuq; Gener Soceri prosperitate tui,
 Fiat Cæsar avus; pia gens longo ordine crescat:
 Carmina sic dicam, carmina dicet avus.
 Hoc precor, hoc opto; nequeo majora precari:
 Si modò noster habet dicere vota Petrus.
 O te felicem, fortunatumq; parentem;
 Cuius habet **N A T V S** gaudia; **N A T A** virum.



EPI T A P H I V M

M. Christophori Casaris Halensis.

Cæsari

CAESARIS hac Natus recubat tumulatus in urna,
Quem docile ingenium, carmina quemq; canunt.
Ille Magisterii meruit studiosus honores,
Nondum ut lustra puer bis duo natus erat.
Et caput æternâ lauru texisset Apollo
(Quanquam huius sacrum texit Apollo caput)
Ante diem hunc obiisse diem, ni Fata dedissent;
Tantum & demississent invida fata decus.

A L I V D.

CAESARIS hac Natus recubat tellure repostus,
Ingenio patri, nomine parq; patri.
Ille licet juvenis, cunctos tamen ille poëtas
Novit; & expressit carmine, quicquid erat.
Stigelio venâ similis, curaq; Sabino,
Lotichio numeris, Mæonidæ eloquio.
Arte Plato, Genio Naso, gravitate Maroq;
Halensi tegitur contumulatus humo.

A L I V D.

Hic jacet Aonidum succensus amore Dearum
Cæsar, Pierii gloria summa chori.
Et decus, & laudem, summosq; tulisset honores,
Ni fermè puerum foeta tulisset humus.

~~~~~  
*Viro clarissimo iuxta ac doctissimo Dn. M.  
CHRISTOPHORO CAESARI, immaturum  
optimi & nunc beati sui Filii D. M.  
Christophori obitum lugenti.*


**P**ROVOCOR: immatura boni sed Cæsaris ipse  
 Fata querar? sed hūic astra vel invideam?  
 Non ego: Quippe mali est, marcescere rebus opimis  
 Alterius. Quid ni? condoluisse pium est.  
 Siccine tu, juvenem trahis invida Parca, sub umbras?  
 Neleida meruit qui superasse dies,  
 Diva suo sedem Pietas in pectore legit,  
 Gessit & hunc gremio candida Suada suo.  
 Finxit Atlantiades cerebrum, Tritonia linguam,  
 Ipsa Charis mores, lactea corda Fides.  
 Adsolet, ingrediens levibus Fortuna quadrigis,  
 Asperior iustis, æquior esse malis.  
 Cūm Pater es, meritò quoq; defles funera gnati,  
 Sed sterili quisnam vomere littus aret?  
 Tabida consumens penetrat dolor ossa: querelæ  
 Impositam, metam te statuisse decet.  
 Scilicet hīc firmum perstat nihil: omnia letho  
 Subdita, præcipiti stantq; caduntq; gradu.  
 Nulli scire datum est, ubi vitæ terminus hæret,  
 Mancipio nulli vita caduca datur.  
 Vita refert umbram: Sol occidit, occidit umbra;  
 Illa fugit, pennâ præpete, vita fugit.  
 Annon ipsa Ceres medio succiditur æstu?  
 En vaga, Lyriopes gnatus, ut umbra perit.  
 Lunatâ messor sic falce per arva, per agros,  
 Vespere, quæ florent gramina mane, secat.  
 Vidi ego sæpè rosas virides aspergine nasci,  
 Et vidi fluxas sole cadente mori.  
 Non perit, in medio mortis qui paret agone,  
 Qui IOVAE fidit, cælica regna vider,  
 Vidi ego correptos à bruma surgere flores,  
 Et vidi plantas surgere, vere novo.

Impo.



Impositum fer onus, CHRISTO duce: nomen & omen  
Sic habeas: gnato leta nec in videas.

*Petrus Isebergius Civis Halensis.*



E N C O M I A  
AUCTORIS ARETHUSÆ,

*viri clariss. & doctiss.*

*Poëtaut Coronati Casarei,*

*sic elegantis & culti,*

Dn. M. Hermanni Plassii Magdeburgii.

L Onga mihi tandem rumpenda silentia, PLASSI,  
Quem mihi sponte pius consociavit amor.

Cur tanto, rogitas non sit data tempore, grates

Quæ referat, nostrâ litera scripta manu?

Nescio quid causæ, Morbus me fortè retardat,

Qui me dissimilem nunc facit esse mei.

Sed plus fortè gravat: quòd tam contemta poësis;

Seu fingam Graium quid, Latiumve canam.

Quid juvat in Musis totas consumere noctes?

Quid studiis totos continuare dies?

Nullus honor, nullus fructus, non ulla voluptas

Hinc redit: ô utinam sint modò damna procul.

Texe libros; impende quod est sudore paratum

Tam longo: vires attere: tristis age.

Quid contra? vulgi risus, fastidia regum;

En tibi paupertas præmia sola refert!


Antonœ

Autonōe natus catulos benè pavit, ut esset  
 Turba vorax, ipsum quæ laniaret herum,  
 Inunc, & doctis totum te trade Camœnis,  
 Nonne satis, vates si miser esse potes?  
 Me tamen à Musæ complexibus haud dolor ullus  
 Abstrahet, aut fortis vis, licet aspra, malè.  
 Hæc mihi coniungit fidos, & servat, amicos:  
 Hæc me Castalij sistit in arce jugi.  
 Hæc semel adstrictum tibi dehinc præstabit amorem,  
 Frigida dum linquat spiritus ossa meus.  
 Hæc facit, ut jam sim tibi debitor, optima donans  
 Carmina cum lepido, pignora cara, libro.  
 Quid reddam? Non sunt rutili mihi dona metalli,  
 Qualia Pactolus, vel Tagus, amne vehit.  
 Nil mihi cum baccis, Ganges quas mittit, & Orbis  
 Pars nova, quæ per te, die Columbe, patet.  
 Mens mihi fida; tibi quæ solvet, quicquid habebit,  
 Pluraq; quo solvet,olvere plura volet.

*Vale amicis, Iena prid. Cal. Febr. 1593.*

*Tuus ex animo*

*Laurentius Rhodoman.*



**Q**uæ mihi misisti doctissime carmina PLASSI,  
 Dulcia Iudicio sunt mihi visa meo.  
 Agnovi dulci fluitantem murmure venam,  
 Qualem vel teneri lusor amoris habet.  
 Dum tanti vatis trahis in tua carmina succum,  
 Hyblæos superat qui bonitate favos.  
 Est aliquid veteres imitari posse Poetas,  
 Ut palmam à doctâ posteritate feras.

*Qualera*

Qualem Mædonij felix imitator Homeri,  
Divinum Aeneam dum canit ore, tulit.  
Aspice, quàm referat sublimi carmine laudem,  
Unicus hoc vatum tempore Major honos.  
Dum studet ad sacros felix convertere sensus,  
Altiloqui quicquid Musa Maronis habet:  
Perge igitur, Plassi, Nasonis amabile carmen  
Exprimere, & tanti volvito vatis opus.  
Non Majore minor forsan celebrabere vates,  
Dum Christum simili concinis ore, vale.

*Leonhardus Schroterus, Schola Magdebur-  
gensis Musicus, & Poeta.*



I N  
CYGNVM ET PEGASVM  
PLASSIANVM.

**A** Les equus, simili ratione Caystrius ales,  
Quàm benè sublimi nomine conveniunt.  
Hic sacer est Phœbo, Musarum avis atque vocatur,  
Celsaque fatidicum spargit in astra melos.  
Svavius ille canit, morti vicinus: in ipso  
Socraticus testis nempe Platone senex.  
Vaticinansque horam lætatur adesse supremam,  
Quòd tantum veniens afferat illa bonum,  
Hinc quoque Panthoides propter sacra dona sciendi,  
Immortale illi pectus inesse refert.  
Pegasus at nec habet decora inferiora; Medusæ  
Phorcidos avulso profilit ex capite.  
Terrorem siquidem Virtus quando amputat, affert  
Famam, quæ passim docta per ora volat.

G

Tradi.

Traditur Aurora esse parentis Memnonis ales ;  
 Aurora est Musis grata & amica sacris.  
 Excitat Aonidum & Parnassi in culmine fontem ;  
 Materiam Vati suggerit atque bono.  
 Quare Gorgonei feriens pedis ungula, dansque  
 Sacram Hippocrenen, cornea rupit humum,  
 Nubila fertur hic in celi pernicipibus alis ;  
 Bellerophontæ est victa Chimæra manu.  
 Alite equo verum, & donato à Pallade freno,  
 Auro intertexto, victor abivit ovans.  
 Nil adeò geritur benè ; & haud vincit, nisi vincat  
 Se quisq̃, affectu non dominante, prius.  
 At non serpit humi, sed tendit in æthera virtus ;  
 Nescia & hinc veniens, fama que laus que, moris  
 Propterea ales equus petit ardua præpes Olympi,  
 Inter & astralocum clara receptus habet.  
 Hei mihi, quàm Cygnus tuus, & quàm Pegasus, acris  
 Dotibus ingenij congruit eximijs.  
 Cygnus habet Clypeum ; Galeam sed Pegasus ipsam  
 Nube volans : Summus quàm rei utriq̃ nitor ?  
 Te Cygnus donat, P L A ð S I, virtute canendi ;  
 Hinc nitidum Laurus cingit amœna caput.  
 Pegasus & pernix celebrem te tollit in altum,  
 Hinc tanto tantus pondere surgit honos.  
 Est candor tibi, Cycne ; tibi quoque, Pegase, candor :  
 Candorem Vatis signat uterque sui.  
 Area cæcia at est Clypei ; est *πλαυκώπιε ἄθλιον* :  
 Ingenium hoc Vatis denotat acre sui.  
 Sed, P L A S S I, gentile tuum (quod EQVVS sonat) arte  
 PEGASO & id mirâ convenit ecce tuo.  
 Cuncta ut conveniunt, sic hoc & utrumque : Poëta  
 Doctus, & excultus ; candidus, atque bonus.

IN

I N  
A R E T H V S A M P L A S S I A N A M.

Philostratus Phaëthonte,

De Cygnis, suavius canentibus, cum Favonius eos ad cantum  
invitat; quod idem & Ælianus affirmat:

ζεφυρῶ γὰρ χρίσων ἢ πρὸς τὴν ἑλαφρῶ καὶ ἑνοδία.

**M**irabar facili fluere ita carmina venâ  
Cur tua, delicijs carmina plena bonis?

Verùm perspectâ mirari desino causâ:

Egregius cygnum nempe poëta refert.

De cygnis perhibent naturæ arcana retrusæ

Provida rimando qui penetrare solent:

Suavius haud alio cantent quod tempore: Vere

Quàm Zephyri mulcent aera quando novo.

Suaviter ergo tibi leni cum flamine spirent

Magnatum blandi, tot procerum & Zephyri:

Numine dante boni data qui feliciter omnes

Sceptra regunt canâ Parthenopæa fide:

Quis faciles facili numeros tibi sponte Thaliâ

Miretur, P L A S S I, lege venire tuâ?

Vt, nova si capiant mutatæ corpora formæ,

In te transferit Naso Poëta, rear.

Si vatem cygnus quemvis notat ergo sonorus,

Quis de te, P L A S S I, dicere jure vetet:

Culte refers cygnum, P L A S S I, arguto ore canendo;

Ingenio rursus te sed & ille refert;

Vnde tibi merito cygnus datur: hic quia tollit

Te celebrem in celum; Pegasus inde datur.

Sed B O N E tu Iovamq; bonosq; bona actaq; V A T E S,

Æternum venâ sponte fluente, cane.

Æternum atq; canas, flatu æterno tibi spirent

Magnatum ut Zephyri, sic Procerum Zephyri.

Horum sed Zephyris conjuncta sit Aura favoris

Divini; rectè quâ sine nil geritur.

Cum Procerum Zephyros benè temperat AVRA favoris

Dia sacri; Zephyri tum benè flare solent.

I N  
S Y M B O L V M  
ejusdem Poëtae PLASSII:  
D E V S V I V I T.

Iohan. 14.

Ego vivo, & vos vivetis.

**S**olamen omni propositum in malo  
Cunctis, id unum est usque, fidelibus;  
VIVIT DEVS celi axe; toto  
Majus in Orbe nec est levamen.  
Morti es propinquus; vivere scis DEVM:  
Morte es peremptus; vivere scis DEVM:  
VIVIT DEVS: vives & ipse:  
Hæc bona propria ei, tibi que.  
Communicat nam cuncta Deus bona  
Tecum, cruentâ quæ peperit nece  
Natus: sed & Natum tibi ipsum  
Ceu proprium dat habere munus.  
Ergo ut Deo sunt omnia propria,  
Sic & tibi sunt omnia propria,  
Quicumque habes CHRISTVM DEVMq;:  
Sicq; tenes polo & orbe cuncta.  
En Pontifex est CHRISTVS, & est caput;  
Membrum sed es tu corporis ipsius;  
Membrum & caput sunt sede eadem:  
Est caput in polo; eris poli hæres.  
Turbare quid me nunc queat amplius?  
Tu, CHRISTE, vivis; vivam ego mortuus:  
Spes illa me solatur una,  
Vincit & omne malum, necemque.  
Quicumque certo vivere scit DEVM;  
CHRISTO, in polo, & vult vivere cum suo;  
Huic mortua est mors: huic nocebit  
Nil, erit atque beatus usque.


*M. Christophorus Caesar, Scholæ  
Halenfis Rector.*



## AD AVCTOREM.

**P**Egasmus, ingrediens nubes, pernicibus alis,  
Pervolat, & celi, scandit ad usque, plagas.  
Serpere nescit humi; tum tendit ad ardua, virtus,  
Pieridum vivens laude paratur honos.  
Carminibus proceres, HERMANNE Poëta, quod ore  
Immortale, tuo carmine, nomen habes. (nas,  
Serta MEDUSA dedit tibi laurea: laurea præsens,  
Baccare mixta, tibi ferta, ARETHUSA dabit.  
Virtutem quicumque colit, quicumque Camœnas,  
Morsibus invidiæ subjacet ille: Vale.

Petrus Isebergius civis Halensis.



## DE PEGASO EQVO AVRORÆ, ET CYGNO:

ad

M. HERMANNVM PLASSIVM P. L.


**S**æpè viris dantur doctis insignia laudum,  
Quæ referunt vitæ facta vel acta bonæ.  
Ecce tuum Clypeum Cygno REVSNERVS equoque  
Ornavit: causa est; ingeniosus eras.  
Cur hic, Pegasides mihi dicite, numina vatum,  
Scribitur auroræ Pegasus ales equus?  
Musa Thalia canit: matris sub Memnonis ortum,  
Tempus jucundum vatibus esse solet.  
Inde fluunt sacri larices ceu fonte perenni,  
Aonijsque viris carmina mille fluunt.  
Sed cur acer equus fulgentibus additus astris?  
Sæpè poeta solo sideris instar erit.

G 3

Cur

Cur volat in clypeo Vatis ? ceu Pegasus alis  
 Ocyor est cunctis ; sic prior ille modis.  
 Dignior Aonij cui plaudant carmine olores :  
 Dexter enim scripsit stemmata Nobilium.  
 Quid sibi vult niveus Cygnus ? Sua funera cernens,  
 Ut fingit facili gurgure dulce melos :  
 Carmine sic fies vivax expersq; sepulcri  
 P L A S S I, dum Procerum fortia facta canis.  
 I, tua, quo, P L A S S I, suadet tibi fervida virtus :  
 Et maneant capiti florida ferta tuo.

M. Lucas Peiferus Pegaviensis, Ludi-  
 moderator Halens, Novoforensis.



IN LAVDEM POETICÆ :

Ex Philone ; Orat, 8 :

Deus, condito celo & terrâ, & omnibus in his contens  
 tis, sciscitatus quendam, an desiderari quid, non  
 dum creatum, ipsi videretur ; re-  
 sponsum tulit :

τέλει μὲν, καὶ πλήρη πάντα διὰ πάντων  
 εἶν. κ. : ἐρ δ' ἐ μόνον ζητῶν, τὸν ἐποικνέτην ἀντῶν :

Vnde Poëtarum genus exortum extitit.

Hæc ad ἀνάγκη & Arëthufam Clariss. V. & Poetæ  
 coronati Cæsarij doctissimi

Dn. M. HERMANNI PLASSII  
 recte accommodantur.

HERMAN PLASSIUS.  
 RES MVSIS PLANA.

**R**ES MVSIS est PLANA sacris : Oratio quævis,  
 Ni Musæ accedant, dici ea plana nequit.  
 Sed quoniam planum obscuris opponitur, atque  
 Miscentur veris falsa, profana sacris :

ln



In cunctis decus est & plana Oratio magnam,  
 Propria sola homini; quâ fera bruta carent:  
 (Mæonidæque homines *μῆνοισι* rectè inde vocantur,  
 Voce à divisi conveniente soni:)  
 Quis non propterea Musas bonus excolet almas?  
 Hæ cui non sacri Numinis instar erunt?  
**PLASSIVS** id eum nunc faciat studio, atque labore  
 Summo, & judicij dexteritate sui:  
**PLASSIVS**; Aoniæ cui non faciles modo Musæ  
 Sunt, clariâ & totus ridet ab arce Chorus:  
 Cujus at hæ medi o confidunt corde Sorores,  
 Iuncta quibus Charitum pulchra Corona trium est:  
 Ut natus, non factus hic ipse Poëta putandus  
 Sit; cuius totus pectore Naso cubat:  
 Fatali **HVIC** quis non **VATI** lege esse tributum  
 Dicat, & occultis **HOC ANAGRAMMA** modis:  
**RES MUSIS** est **PLANA** sacris: Oratio quævis,  
 Ni Musæ accedant, dici ea plana nequit.  
 Tanta est Pieridum, tanta est Charitumq; Choro Vis,  
 Grata **DEO** æterno, grata hominumq; gregi.  
 Quod magnâ noster præstat cum laude Poëta,  
 Vi mirâ ingenij, nomine req; , sui.  
 Finis & Aonidum est proprius quia, teste Philone,  
 Atque **DEVM**, atque bonos, res canere atque bonas:  
**PLASSIACA** id præstat doctis **ARETHUSA** Camœnis,  
 Non unquam à summis sat celebrata viris.  
 Adde, quod **HIC** laudans simul Arte, & Marte celebres,  
 Ornare instituit **PATRIÆ** honore **PATRES**:  
 Quos Pietas, Virtus, merita, Ars, Mars, Sceptra, Fides, Stirps;  
 Iura probant patrij Parthenopæa soli:  
 Quos bene dum laudat (cuncta efficiente Iehovâ,  
 Digna canî merito) laus ea tota **DEI** est.  
 Laus ea tota **DEI** est: simul hic tamen ipse Poëta  
 Iusta quoque hinc meritæ præmia laudis habet.  
 Propter Aristotelem ceu fortunatus habetur,  
 Tàm laudatorem splendidum, Amyntiades:

Sicut

Sicut & hic Phœtium felicem dixit Achillem,  
Præco quod huic summæ laudis Homerus erat:  
Andini velut & Vatis Cythereius Heros  
Carmine cantatus fata subire nequit:  
Sic PATRIÆ PATRES felices esse putemus,  
Cum virtute suâ, tum pietate suâ:  
Ter, quater atque, magis felices sed tamen ipsos,  
Magnificas Musâ res celebrante sacrâ.  
Ut veniat Laus HIS ex tali summa Poëtâ;  
Vati ex his veniat laus quoque summa suo.

**S**ed precor, ut PATRES PATRIÆ immortalia vivant  
Secula, ut est horum nescia fama mori.  
Sceptra gerunt, sed sceptra gerant æquissima; grata  
Iova tibi; Patriæ commoda; & apta alijs.  
Sceptrigeri Patres, post ultima fata beari,  
Sceptrigeri teneant regna beata DEI.  
Cumque his sceptrigeris populi, hæc pia sceptra verentes,  
Iuncti uno vivant celsa per astra loco.  
At, PLASSI, poterit tua fama mori, inclyta fama,  
Cum tibi cantatos Musa mori usque vetet?  
Nescia fama mori est TVA, ceu PROCERVUM quoque; Vota  
Addo tamen; sint hæc ut rata vota magis:

*Chronologicum, designans numerum  
Anni 1600.*

ÆternVM hIC VIVat, VaLeat qVoqVe PLaf-  
sIVs, VLLa  
NeC sentlat perICVLa.

*Ioachimus C. F. Cesar  
Halensis.*

A 2490

ULB Halle

3


003 485 986



sb

kom







B.I.G.

Farbkarte #13

Al. Q 3294

ARETHVSA  
HERMANNI  
PLASSII  
Magdeburgij.

HALÆ SAXONVM,  
Typis Pauli Græberi, Anno  
M. D C.

